

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## Liber secundus metaphysice Aristotelis.

**D**e veritate theorum sic quidam dicitur: sic vero facilius signum autem est neque dignum quod adipisci ipsam posse: nec omnes exortes esse: sed unumquemque aliquid de natura dicere.

**I**ste est secundus liber metaphysice qui dicitur in tria capitula. In primo ponitur hanc conclusionem: theoria. i. consideratio de veritate uno modo est facilis: alio est difficilis. Probatur tali signo: quod principia sunt per se nota a deo quod cognitio terminis non possumus eis dissentire: ideo ut ait philosophus in secundum quod dicitur: nam principia sunt sicut fores et ianue in domo: quod sicut per ianuam intramus domum et facile est illam ianuam inuenire: ita per principia habemus introitum in scientiam et veritatem ipsorum principiorum facile est inuenire: difficile tamen est inuenire scientiam conclusionis: sicut difficile est inuenire ea que in secretis domus sunt recondita. Consequenter ostendit causam difficultatis cognitionis veritatis: dicens quod forsitan difficultas puenit duobus modis. scilicet non solum ex parte rerum sicut dicebat heraclitus propter instabilitatem et continuum fluxum earum rerum: sed etiam ex parte nostri intellectus: et hoc circa rem habentem multum de actu et penitus immateriale. Quod autem difficultas pueniat ex parte nostri intellectus declarat philosophus per exemplum: quod sicut se habent oculi nycticozaci ad lumen solis: ita intellectus anime nostre ad ea que sunt manifestiora nature. scilicet ad perfectissima entia: sed difficultas in visione luminis solis ab oculo nycticozaci non puenit ex parte solis eo quod quantum est de se est visibilis: sed puenit ex parte noctue cuius oculi sunt multum debiles: ita etiam difficultas intelligendi res puenit ex parte nostri intellectus. Deinde tangit duplicem modum quod unum habet inueniendi ad cognoscendum veritatem. Primum directe: ut ille qui sine errore trahit ad veritatis cognitionem verbo vel scripto. Alio modo indirecte: sicut ille qui falsa docet. Et subdit quod non solum gratias his debemus agere qui bene dixerunt: sed etiam illis qui de veritate aliquid suppositiue enunciarunt: licet falsas opinioniones habuerint: nam tales dederunt aliquid ad inquisitionem veritatis: scilicet occasione inueniendi veras scias.

**At vero quod sit principium quoddam et non infinite cause existentium: nec in directum.**

**I**stud est secundum capitulum in quo philosophus ostendit non esse processum in infinitum in causis neque secundum directum neque secundum ipsum: probatur primo inductiue: nam in materialibus non est processus in infinitum: ut non est possibile carne esse ex terra: et terra esse ex aere: et aere esse ex igne: et in infinitum: nec in efficietibus: ut non est possibile hominem apparere moueri a sole: et sole a luce: et sic in infinitum. Deinde ostendit quod non sit processus in infinitum in causis finalibus et formalibus ponendo aliquos rationes. Prima: in causis finalibus non est processus in infinitum: quod ubique est aliquid gratia cuius alia sunt et ipsum gratia nullus est: ibi non est processus in infinitum: sed in causis finalibus est aliquid gratia cuius alia sunt et ipsum gratia nullus est: igitur. Minor pars: quod si in eis nihil est tale: tunc in rebus nullus esset finis. Secunda ratio: in causis formalibus non est processus in infinitum: pars: quod non est processus in infinitum in differentiis: neque in formis. Tertia pars: quod predicatores positores in differentiis que priora sunt magis sunt posteriora: quod si sunt necesse est esse priora et e contra: modo si ibi non

est prius ibi non est posterius: cum ergo in differentiis non sit principium et prius et posterius sequitur quod in eis non est processus in infinitum. Tertia: in seipso causarum non est processus in infinitum: quod tunc nihil possemus cognoscere: quod tunc scire putamus aliquid cum causas eius cognoscimus: sed in infinitum secundum additionem non potest transiri: igitur.

**Contingunt autem audiciones secundum consuetudines hominibus: nam ut consueuimus ita et.**

**I**stud est tertium capitulum in quo philosophus ostendit quod sunt impedimenta in inquisitione veritatis. Ostendit quod principia paliter sunt duo. Primum est consuetudo: nam ut consueuimus ita volumus dici: et si aliquid dicunt nobis in his que consueuimus audire non videntur verissima nobis: sed propter consuetudinem videntur nobis minus nota et magis extranea. Secundum impedimentum puenit ex natura: quod quodam sunt que nihil recipiunt nisi dicat eis per modum demonstrationis: et hoc contingit ex fortiori imaginatione et intellectu multum eleuato: aliquando tamen contingit propter diuturnum studium habere scientiam: aliquando nihil nisi demonstrationem exemplariter: alii volunt auctoritatem alicuius poetę et alicuius auctoris: alii volunt omnia scire per certitudinem. Et his infertur puenientem modum in inquisitione veritatis et est quod oportet prius erudiri quod aliquid sint recipientes: circa quod ponitur duo documenta. Primum est quod absurdum est scire quod sciamus et modum sciendi. Secundum quod certa demonstratio non est in omnibus expectanda: quod in non habent materia non sunt demonstrationes per eas: quod in talibus non est naturalis modus demonstrandi: quod forsitan omnes res naturalis materiam habet.

**Queritur** utrum difficultas cognoscendi res sit ex parte cognoscentis vel ex parte rerum cognoscibilium. Arguitur prius per suppositum: cognitio veritatis non est nobis possibilis: igitur. Ans. pars: quod alteratio non potest contingere circa intellectum: non potest mutari de potentia ignorantie in scientiam.

**Secundo:** nullum verum scire sine causa: sed impossibile est nobis scire causas veritatis: cum prima causa a nobis non possit cognosci. Tertio sic probatur quod difficultas est ex parte rerum: quod unumquemque cognoscit secundum quod est in actu et determinatum: sed multe sunt res que de se sunt potentiales: ut materia prima: igitur. Quarto sic probatur quod difficultas non sit ex parte nostri intellectus: quod sicut se habet materia summe disposita ad susceptionem forme: ita intellectus summe dispositus ad intellectionem rei: materia summe disposita non habet difficultatem recipienti formam: igitur nec intellectus. Quinto sic probatur quod difficultas non pueniat ex parte excellentie intellectus: quod dicitur in secundo de anima quod sensus differt ab intellectu: quod sensus corrumpitur ab excellenti sensibili: sed intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili: imo proficit: igitur. In oppositum est philosophus in tertio. In questione erunt tres articuli. Primum ad primum.

**Primo sciendum** intelligendi res potest intelligi dupliciter. Primum quod est aduertendum quod omnes res naturaliter est motiua intellectus ad noticiam sui. Quodam enim sunt motiue ad noticiam excellentiorum alius: et hoc secundum gradum sue entitatis: sicut omnes ignis est causatiua caloris: maior tamen maioris et minor minoris: ideo potest dupliciter intelligi illam puenire ex parte rei. Uno modo quantum ad gradum cognitionis eque perfectos: et tunc proprie loquendo ibi non est difficultas: sed magis impossibilitas: quod si pcedat difficultas pcedit quod puenit ex parte rei. Alio modo potest intelligi quod difficultas que est in cognitione competere sibi secundum gradum sue entitatis: et tunc dicitur quod puenit ex parte nostri intellectus. Unde quod res non intelligat tamen quantum est intelligibilis puenit ex parte